

*De Resina lentiscina.*

CAP. XC.

E lentisco quoque resina nascitur, lenticina cognominata, & à nonnullis mastiche dicta. Pota sanguinis reiectioni & veteri tufsi utiliter adhibetur. Stomacho quoque est utilis, ructumque mouet. Additur etiam in dentifricia & faciei illitus: quippe quæ nitorem cuti conciliat. Quin & pilos oculorum fluentes glutinat & cohibet: commendata oris halitum, commendat, gingiuasque contrahit. Præstantissima porto & copiosissima in insula Chio prouenit. Præferatur pellucida, cere Tyrrenicæ candore similis, crassior, arida, friabilis & odorata: viridis autem minùs probatur. Adulteratur vero admistis thure ac resina strobilina.

*De Terebintho.* CAP. XCI.

TEREBINTHVS cognita arbor est: cuius folia, fructus & cortex, qua pollent astringendi vi, ad eadem ad quæ etiam lentiscus, conueniunt, simili parata modo sumptaque. Eius fructus esculentus est, at stomacho noxious: vinam vero ciet & excalfaicit. Est & ad excitandam venetem aptissimus: ex vino vero potus, contra phalangiorum mortuis prodest. Resina eius ex Arabia Petraea conuehitur. Prouenit tamen etiam in Iudea, Syria, Cypro, Africa, & Cycladibus.

insulis. Præfertur autem magis perlucida, candida, vitreo colore & in cœruleum vergente, odorata ac terebinthum olens. Resinas porrò omnes antecedit terebinthina: proxima huic lentiscina: deinde pinea & abieigna. Post has numerantur, ea quam fertunt piceæ, & strobilina. Vis autem resinæ cuius mollièdi, calfaciendi, discutiendi dissipandive & expurgandi. Tussi ac tabi conueniunt in eclegmate per se aut ex melle: quæqué ex pectori educi oportet, expurgat. Vrinam quoque mouet, cruda cōcoquunt, & ventrem emolliunt: ad agglutinando palpebrarum pilos conferunt: itēmque ad lepras cum ærugine, futorio atramento ac nitro. Ad aures denique sanie manantes cum melle & oleo, necnon ad genitalium pruritum sunt utiles. Emplastris quoque, malagmatis & acopis admiscentur: quin & per se illitæ aut impositæ, laterum doloribus auxilio sunt.

*De Resinis aliis. CAP. XCII.*

Manat & resina liquida tum è pinu, tum & è picea. Hæ ex Gallia & Hetruria conuehantur. Quin & olim è Colophone asportabatur: quæ inde Colophoniæ cognomen sibi vendicauit. Itēmque ex Gallia iubalpina, quam incolæ nomine vernaculo lariçem appellant. Ea in linctu & per se ad veterem

terem tuſſim præclarè facit. Ipsæ quoque inter ſe colore differunt: ſiquidem candida quædam eſt, alia oleoſa, alia denique mellis ſimilitudinem habet, vti larigna. Prouenit & e cupreſſo resina liquida, quaे quidem ad eadem omnia eſt efficax. Ex ſiccis autem reſinis alia eſt ſtrobilina, alia abiegnæ, alia quam fundit piſcea, alia denique pinea. Eli- gito omnium maximè odoratam, perluci- dam, non valde aridam neque humentem, ſed cere ſimilem atque friabilem. In eo ge- nere præſtant pinea & abiegnæ: odoratae e- nem ſunt, atque thus odore imitantur. Præ- ſtantiores ex Pityufa iſula, quaē ſecundum Hispaniam ſita eſt, defruntur. Quæ verò ex piſcea, ſtrobilo & cupreſſo manarunt, in- fieriores ſunt, neque tantis atque ille viribus pollent. Veruntamen eorundem gratia, quorum & illæ, uſurpari ſolent. Lentilſcina verò, terebinthina proportione responderet.

*De Vriende refine modo, eiusdemque fulgime.*

CAP. XCIII.

Vritur resina omnis liquida in vase qua- druplae capacitatris ad liquoris infundendi quantitatem. Congium enim resinae, duos autem aquæ pluvię congios in ahenum im- mitti oportet, & ad prunas lento igne coqui affiduè mouendo, dum odor penitus abo-

F. j.

leatur, friabilis & arida reddatur, ac digitis  
minimè cedat. Tandem vbi refrixit, in ficti-  
le vas aconitum, hoc est, minimè picatum,  
reconditur: fitque hoc modo candoris exi-  
mij. Attamen resinam omnem aliquatam  
prius excolari oportet, quod sordidi quic-  
quid est secernatur. Vruntur quoque sine  
aqua super carbonibus, leuiter primum: de-  
inde vbi spissari cœperint, vehementius:  
sicque multis subiectis carbonibus ad dies  
tres totidemque noctes citra intermissione  
discoqui oportet, usque dum prius memo-  
ratas notas sibi ascuerint. Mox, ut dictum  
est, reponito. Attamen siccias tota die deco-  
xiisse suffecerit, atque ita reponere. Vtē por-  
rò magnoperè conducunt ad odorata ma-  
lagmata & acopa, necnon & ad vnguenta  
coloranda. Et resina quoque, perinde atque  
de thure dictum est, fuligo excipitur: quæ  
ad honestandis palpebris dicata medica-  
menta, ad circumoscos oculorum angulos,  
humore superfluo madentes palpebras, &  
lacrymantem oculos prosunt. Ex hac eadem  
sit etiam atramentum, quo scribimus.

*De Pice liquida.*

CAP. XCIIII.

**P**ix liquida, quam nonnulli conum ap-  
pellant, è pinguisimis piceæ pīisque li-  
guis colligitur. Probatur splendida, læuis ac  
fircrea.

sincera. Facit autem ad lethalia medicamenta, phthisicos, purulenta excreantes, tusses, anhelationes & humores intra pectus contentos ægrè excreabiles, si cyathi mensura cum melle delingatur. Peruncta valet ad tonsillarum ac vux inflammationes & anginas, itēmque ad aures purulentas cum roseo, necnon & ad serpentium morsus cum trito sale adhibita. Pari verò ceræ admista, scabros vngues detrahit: vulvæ tuberculæ sedisque duritias discutit. Cum farina hordeacea vrināque pueri decocta, strumas circumquaque rumpit. Cum sulphure, pineo cortice aut furfuribus illata, quæ serpunt vlcera cohibet. Mannæ thuris ac cerato permista, sinuosa vlcera agglutinat: pedum sedisque rhagadibus commodè illinitur: vlcera replet, & cum melle repurgat. Quin & cum vua passa & melle carbunculos putrescentiāque vlcera emarginat. Septicis quoque seu erodentibus emplastris utiliter imminiscetur.

*De Piscino oleo. CAP. xciv.*

E Pice fit Picinum oleum, separato quod in ea aquosum est, quodque eidem veluti serum lacti supernatat. Excipitur porrò interea dum pix coquitur, expansis supra eam mundis velleribus: quæ postquam halitu ex ea sublato permanuerint, in vas aliquod ex-

F. ij.

primuntur. Iteratur illud, tantisper dum pix ea coquitur. Ad eadem ad quæ pix liquida est efficax. Cum hordeacea etiamnum farina alopeciis adhibetur, capillos restituit. Id ipsum quoque præstat pix liquida: quæ præterea iumentorum vlcera scabiemque illita emendat.

*De Pice liquide Fuligine.*

C A P . X C V I .

Fit & è liquida pice Fuligo hunc in modum: In lucernam nouam ellychnio instruetam picis nonnihil indito: illud accendito, ac fictili vase nouo in cibani speciem conformato, supernè quidem rotundo & angusto, infernè verò, ut cibani solent esse, perforato, lucernam operito & ardere finito: consumptaque priore liquore nouum infundito, donec sat fuliginis collegeris, atque tum vtior. Vim habet acrem & astrictoriam. Ea verò vtendum ad pigmenta quibus palpebræ honestantur, & ad circumlitiones: item v. b. superfluo humore madentibus atque adeo glabris genis pilos restitui oportet. Denique ad imbecilles, lacrymosos ampliusque exulceratos oculos est utilis.

*De Pice spissa sine arida.*

C A P . X C V I I .

Pix siccæ è liquida decocta fit. A nonnullis ea palimpissa, quasi pix iterum cocta, nominatur.

natur. In hoc genere quædam est visci modo lentescens, boscas cognominata: altera sicca. Probatur pura, pinguis, odorata & subrutila ac resinosa. Talis Lycia & Brutia: quæ quidem utræque picis simul & resinæ naturam sortiuntur. Calfactoriam vim habet, mollit, pus mouet, tubercula panosque discutit, ulceræ replet, ac utiliter vulnerariis medicamentis permiscetur.

*De Zopissa.* CAP. XCVIII.

Zopissam sunt qui nominent nauibus derasam cum cera resinam, quam nonnulli apochyma appellant. Ea dissipandi vim habet, quoniam aqua marina macerata sit. Alij pineam resinam co nomine vocauerunt.

*De Bitumine.* CAP. XCIX.

**B**ITVMEN Iudaicum cæteris præstat. Probatur purpuræ modo splendens, odoris intensi ac ponderosum. Nigrum autem ac sordidum, damnatur: admixta siquidem pice adulteratur. Nascitur in Phœnico, Sidone, Babylone & Zacyntho. Gignitur & in Agrigentino Siciliæ agro liquidum, fontibus supernatans, quo ad lucernarum lumina olei vice utuntur, quodque Siculum oleum falsò appellant: nānque liquidi bituminis genus esse constat.

*De Pissaphalco.* CAP. C.

Gignitur in Apollonia, Epidamno vicina,  
F. iii.

quæ Pissasphaltos appellatur. Ea ē montibus Cerauniis estuantis fluminis impetu deuoluitur, & in litus expuitur: illic in glebas coacta mistam bitumini picem redolet.

*De Naphtha. CAP. CI.*

Naphtha quoque vocatur bituminis Babylonij colamen colore candidum: inuenitur etiam nigrum. Vim obtinet ignis rapacem, adeo ut etiam ē longinquo illum concipiatur. Ad suffusiones oculorum & albugines est efficax. Porrò bitumen omne vim habet inflammationes arcendi, glutinandi, discutiendi atque etiam molliendi, ad vulnē strangulationes & procidentias efficacem, seu appositum, seu olfatum, seu etiam suffumigatum. Quin & comitiali morbo labrantes, veluti gagates lapis, suffit prodit. Cum vino & castorio potum menses elicit. Tussi veteri, anhelationi spirandique difficultati auxilio est: serpentum quoque moribus, atque coxendicum laterisque doloribus medetur. Cœliacis etiam catapotij instar deglutiēdum exhibetur: & grumos sanguinis soluit, cum aceto potum. Dysentericis itidem cum pissana liquatum infunditur, distillationibus suffitione medetur, dentium dolores circumlitum mitigat. Cæterum quod siccum est, specillo impositum calfactumque pilos agglutinat. Cum hordeacea